



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

P. Sebastianus Quimura.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

odium de Societate sunt occisi, nominatim singulos adnotabat, & priuatâ religione quotidie illorum opem exposcebat. Cui sunt à Spino-larû familiâ inclytis & facinoribus & opibus orbi notâ, nummi cum imagine Caroli conflagrantis. Socij P. Caroli ea in morte fuere hi:

*P. Sebastianus Quimura.*

Fuit hic primus qui in Iaponia Christum agnouit nepos, ex illustri plurium infidei odium cæsorum domo; idemque primus Iapon Sacerdos, anno 1601. initiatus. Paupertate, candore animi, ac simplicitate morum erat amabilis; orandi tam studiosus, tamque accuratus, vt semper illi ad manum fuerit arenarium horologium.

*Iapon.*

*ibid.*

*etat. 57.*

*Soc. 38.*

*Oratio.*

ad metiendum precationis  
tempus. Inter flammam per  
trium horarum spacium ste-  
tit, summâ & quietâ lætitiâ,  
oculis in cælum sublatis, ma-  
nibus in crucem ad pectus  
compositis.

*Sex reliqui, tirones Ia-  
pones.*

Combusti sunt cum Ca-  
rolo, & Sebastiano tirones  
hi:

*Antonius Kiuni. Gonsalvus  
Fusai, ætat. 40.*

*Ludouicus Cauara. Michaël  
Xumpo, ætat. 33.*

*Petrus Sampo. Thomas Aca-  
foxi, ætat. 50.*

Septimus capite truncatus  
est *Ioannes Ciucoga.*

His oblata erat libertas,  
si Christum desererent; sed  
mortem potius elegere; ac  
mortis accepto nuncio vnâ

om-

*Fides.*

omnes *Te Deum laudamus* *Zelus.*  
 cecinere. *Petrus Sampo* Iudici  
 multa dicenti; *Vtinam,*  
 inquit, vox hæc mea toto  
 regno latè posset audiri!  
 Altissimos montium vertices *Fides.*  
 conscenderem; & omnes,  
 omnes Iapones, die ac nocte  
 ad fidem, ad cælum, euoca-  
 rem.

*Thomas Acafoxi*, Domus *Mors.*  
 famulum captum duci cum *optata.*  
 vidit, etiam se quæsitum  
 fuisse ad necem certior fa-  
 ctus, eos à quibus quæsitus  
 fuerat est assecutus, dixit-  
 que; sibi ea vincula debe-  
 ri, non seruo. Dimisso er-  
 go seruo substitutus ipse,  
 vincus, & flammis lentis ab-  
 sumptus est.

*P. Petrus Diaz*, & 4. Socij. *Lusitanus.*  
 Occiso nuper Ignatio Aze. *13. Sept.*  
 uedio, illa quâ Petrus in. *1571.*  
 In. *etat. 45.*  
*Soc. 23.*